Beilagen.

A.

Die Rechte, Pflichten und Einkünfte des Stiftskellners der Probstei zum Grossen Münster in Zürich. (XIII. Jahrhundert.)

Hec sunt iura et onera Cellerarii Claustralis. Idem habet ad officium suum certam prebendam | et certos proventus ut infra ponitur, deputatos. Vnde suis laboribus et expensis, sine | dampno prepositi et capituli debet sui officii census fideliter colligere et in cellario claustrali | reseruare. Item si necesse fuerit pro neglectis censibus pignora recipere. Vineatores ad hoc ad | iuuabunt requisiti. et cuilibet dantur duo denarii de bonis eius qui impignoratur. si idem est | soluendo et culpabilis est in neglectis. Item si in Curia Swabendingen pignora recipiuntur | si fuerint aliqua cellerarius claustralis ipsa presentabit cellerario curie, et is suis expensis ea | seruabit per octo dies et si debitor ea non recolligit infra dictum tempus nemorarius de | Fluontren recipiet ea. et ducet in curiam Fluontren vbi manere debent etiam per octo dies. | et expensis debitoris. et si non fuerint recollecta infra dictum tempus Cellerarius claustralis ea | vendet et debitum sibi computabit si sufficiens est pignus. Alioquin plura recipiet pignora | a debitore. si vero aliquid erit residuum, debitori id reddi debet. ita si non est suspectus de fu | turo censu non solvendo. et (si) sic id residuum reseruabitur in futurum censum. Idem ius erit | in pignoribus mobilibus intellige non alienis. Idem intellige in aliis curiis. et de pignoribus | quæ auferuntur pro vrechta[1]). et specificata prebenda singulorum fratrum. Item vbi cellerarius ad hec | complenda insufficiens est, dominus prepositus ex officio suo tenetur id suplere et de iniuriantibus | Ecclesie faciet iusticiam. Nam ibi prepositus negligentem vel nolentem soluere coadiuuante | cellerario debet compellere ad soluendum. Et idem qui contumaciter soluere contradixit debet dare, prepo | sito nomine pene tres libras monete vsualis et soluere quicquid cellerarius et prepositi nuncii pro accipi | endo pignore eadem vice expenderant previa ratione. Item expensas quas requirit celebratio | Mandati in cena domini et quas requirit prepositus et capitulum in ascensione domini preter nonam | et in die pentecostes debet ex officio suo de bonis tamen capituli expedire. Item debet | expedire de cellario ea que dicuntur Verrichtunga et supletiones quarumdam vrechtarum | de quibus alibi scriptum plenius inuenitur | Hec dantur ad verrichtunge. preposito v. β (solidos) et | vj. denarios Ebdomadarie [o][2]) iiij β familie iiij β. Curialibus xxiij denarios Scriptori i β. Item | Summa de seruitio Thome xij maltras auene In Vellanden. et Ruod. Martini. 1. maltram auene. ij quartalia minus | et Vlricus Trueben 1 Maltram auene. Item summa de seruitio innocentium xxvij β Item summa de seruitio visita | tionum xxx quartalia noui et optimi vini de Alsatia secundum quod venditur in festo Stephani prothomartyris. vel | in die tunc proxime ventura. Item summa de seruitio Nath(u)alium. viij Maltras auene in Meilan. Item summa | de

---

[1]) Vrechta, Gesammtleistung eines Hörigen. J. Grimm. Deutsche Grammatik. 1. Aufl. I. p. 620. II. 204 — Anzeiger für Geschichte und Alterthumskunde, 1867, p. 80, 1868, p. 112. — Anzeiger für Geschichte 1871, p. 172. — Das Wort kommt schon im Jahr 865 vor (Wartmann, Urkundenbuch Nr. 509).

[2]) Hebdomadarius, Wochenherr, heisst bei einem Chorherrenstifte derjenige Priester, der in der betreffenden Woche die Messe zu lesen hat. Die 24 Canoniker am Grossmünster waren in Klassen, quaternarii, abgetheilt, zwischen denen der Wochendienst wechselte.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

officio pastoris x. β. Et omnium predictorum serutionum collectiones distributiones ad officium Cellerarii | claustralis pertinent ab antiquo. Item cellerarius carnes de x porcis in festo Thome mac | tatis diuidet inter canonicos et quosdam alios qui habent in eisdem carnibus jus aliquale. sub | hac forma. Cuilibet de primo antiquiore quaternario dat v scapulas et duos sluhbraten[3]) | et v farcimina. et dimidium aruine quod vulgo dicitur ein halbes smer[4]). Item cuilibet de secundo qua | ternario v. carnes quæ dicuntur Randa[5]). et duos sluhbraten. et v pedes posteriores et. v. | farcimina. et ij farcimina que dicuntur Leberwürste. et ij salsutia que vocantur Inschubelinge. | et dimidium aruine. Item cuilibet de Tertio Quaternario. v. Ranpraten[6]). et. v. anteriores pedes et | v. farcimina. et dimidium aruine. et duobas antiquioribus in isto Tertio Quaternario iiij. sluhbraten. | ita que utrique duo (utrique et duo) Leberwürste et. ij. Inschübeling. sed duobus junioribus in eodem | Tertio quaternario. iiij Ruggebein[7]) vtrique scilicet duo. Item cuilibet de quarto quaternario. v. carnes, | que dicuntur Mittelstuke. et. ij. Bugbein[8]). et v. farcimina et dimidium aruine. Item cuilibet [de] quinto quaternario | v carnes que dicuntur hufvleisch. et duo Bugbein. et. v. farcimina. et. dimidium aruine. Item cuilibet | de sexto quaternario. v. carnes que dicuntur halbehouptschülle[9]). et. v. farcimina. et non plus | Item preposito. v. Buogrippe[10]). et v. farcimina. Item Ebdomadario sacerdoti in sancta die Stephani Johannis | itaque qualibus de ipsis tribus diebus. iij. Buogrippe et. iij. farcimina, similiter Dyacon [o]. Item in Octava domini | Ebdomadario sacerdoti 1. Buogrippe. et. 1. farcimen similiter Dyaconi [o] Item in Epiphania similiter Item pistori xv | Krumpein[11]). et xv. farcimina. Item Cellerario. 1. Buogrippe. pro altero Buocrippe[12]). 1. β | et ij farcimina. et eidem ratione Cellerarii qui quondam fuit in Fluontren. 1. Buocrippe datur. et. ij | Mittlen. et. 1. farcimen. Item Carpentarie[o] v. Krumpein. et. v. farcimina. Item sacriste | v. Mitteln. Item coco carnes que dicuntur vorslage[13]) et Borsen[14]). et. ij. Mittlen. et. iiij. caudas. Item Cellerario de Swabendingen nomine Cellerarii. 1. Buocrippe. et. 1. farcimen. et nomine Lucarii in | Swabendingen. ij Mitteln. et. ij. caudas similiter nemorario in Rieden et in Hœngge. Item Nemo | rario in Fluontren. v. Mitteln. Item de istis. x. porcis Cellerarius in Swabendingen dat duos | porcos valentes. xxv. β. Item de Curia quondam Villici in Rieden. ij. porci vallentes. xxv. | β. Item de Curia villici in Hœngge. ij. porci valentes xxv. β. Item ad emptionem reliquorum | Quatuor porcorum dantur in Vellanden. xii. Maltra avene. et. de Ruodolfi Martini. v. Maltra. avene. ij quartalia | minus. et de Vlrico dicto Trueber. v. Maltra. auene. Item Cellerarius de officio suo prebendam panis sicut alius | canonicus habet per idem tempus quo ipse ex officio suo ministrat triticum ad pistandum. deinde recipi[e]t | usque ad finem anni. vij. panes dictos houebrot qualibet. septem et non plus. Item de cellario da | tur ei medietas vini que solet dari simplici prebende. Item idem Cellerarius per totas vindemias | in cellario esse debet et inde habet dimidiam vrnam nec (vel?) staupa eidem dari debet propter suam presentiam. Item datur ei vnum solum Buogrippe. et. xij. denarii. et ipse tenetur ministrare et interesse vbi(cunque) | carnes predicte fratribus diuiduntur. In palmis staupam vini. Milchmuos[15]) sicut vni canonico. Item | tres gallos habebit in festo Felicis et Reg[u]le et xij. oua. Item de Rieden de Brolio qui vul | go dicitur brüel. datur ei. 1. plaustrum feni. et Cellerarius de Swaben-

---

[3]) Unbekannt.
[4]) Wahrscheinlich die Hälfte Schmalz von einem Schwein.
[5]) Schwartenstücke? vgl. Rinde.
[6]) Vermuthlich Braten von der Randa, oder Stück vom hintern Hochrucken.
[7]) Hochruggen, Strehl.
[8]) Bei Käibern, Schafen und Ochsen das Bein in der Laffen; bei Schweinen das vordere Hammenbein, das mit der Laffe verbunden ist.
[9]) Hauptschülle heisst noch jetzt im Gebirge der Schädel.
[10]) Der Bug ist ein Körpertheil mit Wirbelknochen.
[11]) Das Stück oben an der Hamme.
[12]) Bauchrippe unbekannt.
[13]) Vorslag Kutteln?
[14]) Borsen das Fett, worin die Därme liegen.
[15]) Milchmus, Habermehl an Milch eingerührt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dingen dabit ei vnum plaustrum Terrewitte | alterum Spachen. Item Cellerarius de . . . (Lücke) dabit ei tantumdem (sic) Item de staupis a lxx. usque ad pasca recipit tantumdem quantum alter fratrum. Item in festo Andree staupam sicut vni canonicorum | Item de Swabendingen. ij. plaustra lignorum. et. 1. plaustrum feni | et in Rieden. ij. plaustrum lignorum. et. 1. plaustrum feni | Item quum (quando?) aliquis emit hereditatem alterius siue sit scoposa siue infra vel supra, Cellerarius debet inde | recipere ij cifos vini melioris de Alsatia. et si huiusmodi bona vendita sunt de vineis que | pertinent ad prebendas ibi recipit tantum (modo?) vnum cifum. Item Nemorarii in Rieden, in Hœngge | in Swabendingen debent apportare in festo Thome ligna que dicuntur brüewitte quilibet | duo pondera. Notandum quod circa omnia que ad Cellerarium sunt assignata diligens debet ad ipsa | exigenda esse assecutor et de suis expensis.

(Staatsarchiv Zürich. Propstei-Urkunde Nr. 2. mit andern Documenten, namentlich einer Zinsrolle vom Jahr 1293 zu einer langen Pergamentrolle zusammengeheftet.)

B.

Statutenbuch des Stiftes zum Grossmünster, verfasst unter Propst Rudolf von Wartense. (Anno domini millesimo. ccc. xlvj Indictione xiiij.)

CAPITULUM xxxiij.

De Officio Cellerarii Ecclesie Thuricensis.

Cellerarius Ecclesie prepositure Thuricensis. de suo Officio certam prebendam. et certos redditus habet prout inferius melius declaratur. Et propter hoc ex suo officio, suis laboribus et expensis sine preiudicio. prepositi et Capituli. omnes census Ecclesie nostre ad suum officium pertinentes debet studiose recipere et colligere per se vel alium. et in nostro Claustrali cellario siue in camera ad idem officium deputata et non alibi fideliter conseruare.

Inprimis eciam officium exigit et requirit, quod equum decentem habeat continue sine mora quodque dominum prepositum nostre Ecclesie seu suum vicarium associet equitando ad omnes curias Ecclesie nostre tempore Maij. et auctumpni cum celebrantur placita dicta vvlgariter Meiien getedinge vnd herbste getedinge. omnibus terminis per prepositum seu suum vicarium perfigendis. et hoc dictis temporibus specialiter observatur. Generaliter tamen per totum annum associare debet eques prepositum seu suum vicarium quandocumque uel quotiescumque per prepositum uel ipsius certum nuntium fuerit requisitus ad omnia loca ubi ecclesie fuerit profuturum.

Vacante etiam officio Cellerariatus. Cellerarius per Capitulum eligitur. Qui sic electus prestito iuramento fidelitalis Ecclesie. Speciale postea iuramentum prestabit quod prepositum nostrum qui pro tempore fuerit tamquam specialis famulus respiciat et obediat in omnibus que ad suum dinoscuntur officium pertinere.

Item Cellerarius noster cum necesse fuerit homines et inquilinos nostre Ecclesie pro neglectis censibus pignorare et vinitores nostrarum prebendalium vinearum cum requiruntur debent Cellerarium in premissis coadiuuare. Et quilibet presens de rebus pignorati qui repertus est negli(g)ens in solutione census seu aliorum debitorum. Si est soluendo habere debet duos denarios monete usualis in Turego pro labore suo.

Verum cum in Curia Svvabendingen pignora recipiuntur si sunt peccora quocumque nomine censeantur per Cellerarium claustralem debent Cellerario in Svvabendingen presentari. qui talia pignora habet per octo dies in sua Curia conseruare suis laboribus et expensis. Si uero talia pignora intra octo dies non luuntur tunc Lucarius in Fluontrein ipsa pignora minare (?) debet ad Curiam Cellerarii[at]us in Fluontrein et ibidem per octo dies expensis debitoris debent iterum conseruari. Et infra idem tempus non redimuntur. ipsa pignora statim Cellerarius noster vendat. et precium quod inde haberi poterit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

recipiat et in sortem computet usque ad plenam solutionem si pignus uel pignora fuerint sufficientia. Et siquid superfuerit restituat debitori. si autem minus forent sufficientia plura recipiat et in simili conseruet et distrahat. illis tantum residuum restituendo qui suspecti non sunt de futuro censu negligendo uel debiliter persoluendo. Quibus nichil restitui uolumus sed in solutionem futuri census integraliter conseruari. Item uolumus eciam circa alia pignora obseruari. Et quidquid de Curia in Svvabendingen prescribitur, intelligatur circa alias nostras curias repetitum de censibus communibus et singularium prebendarum quocumque nomine censeantur. Porro cum Cellerarius requisitus per nostrorum aliquem pro pignore recipiendo ad aliquam villam uadit nuncius requirentis ipsum Canonici. debet ire secum ad recipiendum pignus. De quo fieri uolumus quod prefertur. Vbicumque autem Cellerarius talia non potest comode adimplere prepositus perficiat bona fide et sue iurisdictionis homines ad solutionem debitorum constringat.

Preterea si aliquis pignus dare refutaverit uel recipi violenter prohibuerit dabit preposito tres libras denariorum vsualium Thuricensium et refundere debet. preposito et Cellerario expensas per ipsos et eorum nuncios pro habendo pignore plene factas.

Debet eciam Cellerarius ex officio suo In Cena domini de rebus Capituli expensas faciendas circa Mandatum. in vino et alijs necessarijs totaliter expedire. Et omnibus solempnibus processionibus nostre Ecclesie cum Camerario interesse. Ad hec cum fiunt alienaciones, resignaciones et Inuestiture rerum imobilium coram preposito nostro que a nostra Ecclesie iure hereditario possidentur debet Claustralis Cellerarius esse presens et ius suum recipere ac deligentius providere quod talibus rebus venditis census debitus ascribatur. Caueant eciam prepositus et Cellerarius quantum possunt ne fiant censuum sectiones que per tempora facte sunt in preiuditium Ecclesie non modicum et grauamen.

Item tempore vindemiarum debet Cellerarius per se uel per alium nostrum vinum et Cellarium continue custodire ac nostris expensis ligari dolia providebit et omnia alia que circa suum officium requiruntur. et in ipsius distribucionibus declarantur.

CAPITULUM xxxiiij.

De redditibus Cellerarij.

Cellerarius Claustralis a festo assumptionis sancte marie virginis usque ad festum circumcisionis domini quod tempus habet. xx. septimanas panem ordinarium amministrat. et medio tempore tantum de pane ordinario percipit quantum alter Canonicus. Sed per triginta duas septimanas omni septimana tantum septem nigros panes percipit. et simulos Camerarius. Cum eciam ad anniversaria triticum amministrat, Inde similiter suam portionem percipit tamquam alter.

Item tempore vindempniarum datur sibi medietas vini vnius integre prebende simplicis que canonico solet dari. et ob hoc dare debet medietatem expensarum vini simplicis quas alter Canonicus integraliter in Cellario soluere consuevit. sed in solutionem debitorum nichil dabit.

Item tempore vindempniarum Cellerarius debet Cellarium continue custodire. et pro illa custodia datur sibi dimidia vrna vini. et in fine vindempniarum dantur sibi due vrne albi vini nomine vini quondam (sic) quondam dicti Bodenwin.

Item In die palmarum datur sibi vna staupa vini sicut alteri canonico. non propter suam presentiam sed pro labore processionis de vrna vini quod abbatissa Thuricensis amministrat illa die.

Item festo Thome dantur sibi nouem solidi denariorum pro carnibus.

Item festo beatorum Martyrum Felicis et Regule dantur sibi. iij. Galli et xij. oua.

Item de prato in Rieden dicto der Bruel datur sibi vnum plaustrum feni.

Item Cellerarius de Swabendingen dare debet Cellerario Claustrali. vnum plaustrum lignorum dictorum vvlgariter Terrevvit et vnum plaustrum lignorum dictorum vvlgariter Spachen.

Item Cellerarius de Rieden dat sibi tantum.

Item de Svvabendingen dantur sibi duo plaustra lignorum. et. j. plaustrum feni.

Item de Rieden dantur Cellerario duo plaustra lignorum et vnum plaustrum feni.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sciendum est insuper quod quocienscumque aliquis emit possessiones immobiles que ab Ecclesia prepositure Thuricensis. jure hereditario possidentur siue sit scopossa integra uel plus aut minus. Tunc ab emente Cellerarius Claustralis recipere debet duos ciphos optimi vini alsatici quod tunc venditur in Thurego. vel si placet estimacionem vini recipiat in peccunia numerata. Cum autem Canonicorum vinee prebendales uel possessiones eisdem vineis pertinentes alienantur quouis modo. Tantum vnum ciphum recipere debet vini prescripti.

Item Sciendum est quod quilibet Lucariorum in Rieden. in Hœngge. Et in Svvabendingen. Festo beati Thome apostoli ad Cellerarium nostrum deferre debet duo pondera lignorum dictorum vvlgariter bruewit cum quibus olim in Cellario mactabantur porci nostre Eccliesie censuales.

Preterea sciendum est quod Cellerarius cum omni diligencia omnes causas ad Cellarium deputatas et ordinatas procurare debet. et census colligere ad Cellarium pertinentes suis laboribus et nostris expensis.

(Stadtbibliothek Zürich Msc. C. 10 a).

C.

Adels- und Wappenbrief König Maximilians für Felix Keller und seine Nachkommen. (1487).

Wir Maximilian Von Gottes gnaden Römischer küng zu allentzeiten Merer des Reichs Ertzhertzog zu Oesterreich Hertzog zu Burgundt lotrick Brabandt Steyr kernndten Crain lymburg lutzemburg vnd zu Gheldern Graue zu Flanndern Habspurg Tirol Phiert kyburg Artoss vnd Burgundt Phaltzgraue zu Honigow Hollannd Zeelannd Namür vnd zu Zutphen Des Heiligen Römischen Reichs Marcgraue zu Burgäw landgraue in Elsäss Herr zu Friesland der windischen march Portenäw Salms vnd zu Mecheln Bekennen vnd tün kunt offennlich mit dem brief allen denen die In sehen oder hören lesen Wiewol wir auss angeborner güte vnd mildikeit begird alltzeit geneigt seyn vnnser vnd des heiligen Reichs-vndertan vnd getrewn Ere nutzstannd vnd bestes fürzenemen vnd zu betrachten Jedoch so ist vnnser küngklich gemüt den noch mer vnd insonderheit geneigt Die wir in vnnser vnd des heiligen Reichs sachen vnd geschäfften allzeit fleissig vnd vnuerdrossenlich erfunden Vnd damit annder Ebenpild nemen Sich eerlicher vnd guter tat vnd vnnsers willens ze fleissen Vnd wan wir nu gütlich angesehen haben solich redlikeit gut edle sidten tugennd vnd vernunft damit vnnser vnd des Reichs lieber getrewer Felix Keller vor vnnser kungklichen getrewen annemen vnd nutzlich ligen Reich in menig weg auss vnd Er vns hinfür in künfftigen wir auss eigner bewegnüss mit vnd rechter wissen vnser Fürsten knechten die dazemal bey vns sonder gnad getan Vnd In vnd sein erbenss Erben für vnd für in den hebt gewirdigt Edl gemacht vnd Si Reichs Recht geporner Edlen Rit zugelicht Vnd In auch dartzu ain sind Ain schilt von goldfarw habend darauff ain tornierhelm mit seiner vnd zabel vnd auff dem helm ain rauss ain auffgereckts gehürrn ains

maiestat berümbt ist Auch die dienste so sein vordern dem heirichinlich vnd redlich tan haben zeiten woltun mag vnd sol Haben wolbedachtem mute zeittigem räte Grauen Freyen Herren Rittern vnd warn demselben Felix Keller die elich leibsserben vnd derselben stand des Adels von neuem erder schar vnnser vnd des heiligen termessigen leuten ingelibt gesatzt wappen vnd Clainad so mit namen in Im ainen stainbock von zabel helmdegk vnd pinden von goldfarw guldine Cron entspringende da-Stainbocks von zabel von newem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gnädiclich gegeben alsdann dieselben wappen vnd clainat in der mitte dises vnnsers briefs gemalet vnd mit farben eigentlicher aussgestrichen sind Erheben Edelmachen Inliben setzen gelichen vnd zufügen In den gemelten stand vnd zu der schar des Adels als berürt ist geben Im auch die ietz gemelten wappen vnd Clainat also Alles von Römischer küngklicher macht volkomenheit wissentlich in craft diss briefs Vnd meinen setzen vnd wellen das nu fürbashin der egenant Felix Keller vnd sein elich leibsserben vnd derselben erbensserben für vnd für ewigklich recht Edel Rittermessig lüte sein beleiben von meniklich also genannt geschrieben geacht vnd gehalten werden Auch alle vnd iegklich gnad freiheit privilegia Ere wirde vorteil gesellschaft gewonheit vnd gerechtikeit in geistlichen vnd weltlichen stännden vnd sachen mit lehen halten tragen enphahen vnd auffnemen lehen gericht recht besitzen vrteil sprechen vnd sunst in allen andern sachen vnd geschäfften wie die sein oder benannt werden möchten Haben der aller wirdig vnd entpfengklich vnd dartzu teuglich schicklich vnd gut sein Auch die obgestimpten wappen vnd Clainat mit dem gemelten gecröndten tornierhelme also haben füren vnd deren in allen vnd iegklichen erlichen redlichen Adelichen vnd Ritterlichen sachen vnd geschäfften zu schimpf vnd zu ernnste in stryten kemppfen gestechen veldzügen paniern gezeltten aufflahen auch in Insigeln pesthadten clainaden vnd begrebnissen vnd sonst an allen ennden nach Irn nottdurften willen vnd wolgeuallen gepraucheu vnd geniessen sollen vnd mögen als annder vnnser vnd des heiligen Reichs rechtgeporn Edel Rittermessig vnd wappensgenosslüte von Irren vier Anen vettern vnd geslechten Edel vnd Rittermessig sein genannt geschriben geacht und gehalten werden Vnd sich des auch Irr wappen vnd Clainad gepraucheu vnd geniessen von allermenclich vngehindert. Vnd gepietten darauff allen vnd iegklichen vnnsern vnd des heiligen Reichs Curfürsten Fürsten geistlichen vnd weltlichen Grauen Freien herrn Rittern knechten hauptleuten Amptleuten vögten pflegern verwesern Schultheissen Stettmeistern Burgermeistern Richtern Räten kungen der wappen Erhalden persenanden Burgern vnd Gemeinden vnd sonst allen anndern vnnsers vnd des Reichs vndertanen vnd getrewen in was wirden states oder wesens die sein ernstlich vnd vesticlich mit diesem brief Das Si den vorgenanten Felix Keller vnd sein elich leibsserben vnd derselben Erbens erben für vnd für ewiklich an disen vnnsern kungklichen gnaden vnd begabungen nicht hindern noch Irren Sunder Si der also in obberürter maass berüwlich gebrauchen geniessn vnd gentzlich dabei beleiben lassen. vnd dawider nicht tun noch des yemands zutun gestatten In dhein weiss Als lieb einem iegklichen sey vnnser vnd des Reichs schwere vngnad vnd dartzu ein pene nemlich fünffzig marck lötigs goldes zu vermeiden die ein yeder so offt Er freuenlich dawider tette halb in vnnser vnd des Reichs Camer Vnd den andern halben teil dem obgenannten Felixen Keller oder seinen erben obgemelt unablässlich zu bezalen verfallen sein sol. Mitt vrkunt diss briefs besigelt mit vnnserm küngklichem anhanngenden Insigel Geben in vnnser Statt Anndtwerpp an mittwoch vor Sandt kathrintag Nach Cristi gepurde Im viertzehenhundert vnd Sibenundachtzigisten Vnnsers Reichs im Anndern Jarenn.

Ad mandatum domini
Regis pp. m.

(Das Siegel hängt wohlerhalten.)

(Familienarchiv der Familie Keller vom Steinbock.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

201
36 1.45

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

301
36
1.95